

2
4
Incipit donatus Venerabilis ma-
gistri Johannis Berson Cancellarij
Parisiensis.

Artes orōnis quot sūt. octo
que. cognitio sube. cognitio
qualitatis. cognitio precepti
dei. cognitio eius dez. cognitio hoīs
scdm deū & scdm naturā. consideratō
Futuri iudicij. consideratō leticie elec-
torū. & consideratio tristitie dānato-
rum. **N**omen quid est. homo. qz ho-
mo vocaris: si cognoscis subam tuaz
vnde factus es: veraciter scis: est nomē
Ecce cognitō substātie que est prima
pforōnis: de terra es & in terram re-
uerteris. **N**omī quot accidūt. sex. q
qualitas. cōpatio. genus. numerus. Fi-
gura casus. **C**uius q̄litas homo. ap-
pellatur. quia omne est oībz hoībz
de terra fieri. ymmo de viliori terra si-
ue materia. **C**ōmune est etiā oībz ho-
mībz esse aīal rōnale. **C**uius gradus cō-
patōnis. nullus. quia homo nō debet



augeri per presumptionez. nec inuui
per pusillanimitatē. Et ideo est nomē
substātiuuz. vt stare habeat extra mi-
miū timorem et cōtra nimīā p̄sumptu-
osam spem. **Cui?** generis: omnis. qz
tam viro qz mulieri ouenit natura ho-
mīnis. **Cui?** numeri. singularis. qz gli-
bet per se rōem reddet ante tribunal
x̄pi. **Cui?** figure. simplicis. quia non
potest diuidi in plures sectas. **Opor-**
tet enim si saluari debet: qz solum fidē
x̄pi confitetur: et ab illa non diuida-
tur. **Cui** enim hanc fidem non habēt
non homīnes dici debent: sed bruta.
quoniam carent ratōne. **Cuius** casus
nominatiui et vocatiui. quia nomina-
tur iam mortalis qui immortalis erat
creatus. et vocat̄ oparius: qui eter-
ne quieti erat deputatus. **Cui?** declia-
tōis. f̄tie. qz decliari et humiliari debz
f̄plicit̄. corā do: corā p̄rio. **Vñ** regit̄
si bñ regit̄: a deo regit̄. si male a dya-
bolo. **Discutiam?** iā dcā. o hō si d̄sda-
re vis qd sis q̄ ad materiā sine dubio

inuenies te nobis. **I**mmuz animaliuꝝ ani
ma tua ad similitudinem dei est facta:
et ymagine eius insignita. habens in
se virtutem intelligendi. volēdi. et me
morandi. **H**ec anima infusa est a deo
in tuum vilissimū corpus fetidū et fra
gile. vt tanqꝫ domina sapientissima et
tanqꝫ hospes saꝝay donum tuam re
gat. **I**psa ḡ q̄ntū est de se: semper va
let agere que domino suo sunt placi
ta: et ad hoc dirigit sensus exteriores
ad exteriora officia non inducentia ḡ
qꝫ nocuum ad lectionem sac̄m vel ad
crucem domini intuendaz: vel ad alia
salubria que sibi vtilia vident. **I**deir
co si voluntatē carnis sequeris hospiz
tem opprimis: dominā occidis. maluz
ergo et vile est hoc hospitium in quo
tam nobilis hospes periclitat. **S**i er
go vis sc̄dm animā vivere non sc̄dm
carnem. considera qꝫ caro tua terra ē
terre ḡ adictōes sua. **T**erra em̄ bassa
et dura oīa portās vtute patie. et q̄n
to plꝫ ab aliquo vexaris tanto ei plꝫ

benefacias . ymbrez emz salutaris do
etrine et diuine gratie inglutire stude
as . et siccus sis a fluxu vitiõz carnis
et cupiditatis terrene. **H**abes iaz qd
sit nomen . et qd sis scdm substãtia scz
nobilis scdm animam . Rogo ergo vt
nobiliter et rönabiliter te regas non
viliter et carnaliter .

Quid est pñomen **R**ñho . sicut ho
mo est nomen tuuz . ita peccator
est pñomē . cū ergo corā deo orõnem
fundis . pone pñomen p noie : et di
cas : **A**pater celestis non vt homo te
inuoco sed vt peccator veniam postulo
Inronõ quot accidūt . sex . scz qlitas .
genus . numerus . figura . pñona . casus
Peccator g vt est pñomē cuius qlitas
tis . infite . ppter infinitã et incertã ml
titudinem delictõz q facio ea nume
rare ñ valeo . **Q** generis ois qz oĩ ge
neri vitõz peccãdo pticipo scz morta
liũ et venialiũ . **Q** numeri singularis qz
singulariter peccata mea animam meã
crutiant : et conscientiaz meã trucidãt

Cuius figure . simplicis . quia non pos-
sum ea diuidere in diuersis confessiombz
sed qñ volo cōfiteri oportz q oīa sub
simplici & sub vna cōfessione dicaz cla-
re & distīncte . cum cordis cōtritōne
& euz pposito emēdandi . **C**uius psonē .
pme . qz non habz homo iudicare ali-
os : s̄ seipsum : dicendo **E**go sum miser
ille qui sic & sic vixi in aspectu dei & an-
geloz . **C**uius casus . de statu innocen-
tie in statum culpe . **C**uius declinatō-
nis . a manu dei in manum dyaboli .
Quot sunt declinatōnes in pnoie . q̄
tuor . prima est : ab obediētia dei in sug-
gestionez dyaboli . per hanc declina-
uit **E**ua . **S**ecūda est ab obediētia dei in
cōsensū mulieris . vt adā declinauit p
euaz : **T**ertia est a paradiso in hūc mūdūz
Quarta est ab h̄ mōdo in limbū inferni
Quot sunt casus in pnoie . sex . p̄mus
erat suggestio . sc̄ds aduertētia . tertius
discussio . q̄rtus delectatio . q̄ntus cō-
fessus in mente . sextus cōfessus in ope
Que sunt pnoia primitia & deriuatia

alij homines omnes ab eisdem deriuati
 ti deriuatiua dicuntur. **D**eclaremus pre
 missa. **P**rimo iposuit diabolus fructum
Eue ad comedendum. ecce suggestio. se
 cundo vidit **E**ua illud lignum visu delec
 tabile et ad edendum suauis. ecce aduertentia.
Tertio dicit quod dominus prohibuerit eis
 usum fructus illius ne morerentur. ecce dis
 cussio. quarto respondente dyabolo: quod
 non morerentur sed essent sicut dii scientes
 bonum et malum: cepit ipsa delectari. ec
 ce delectatio. **Q**uinto ipsa sentiens nul
 lum periculum inmere in usum illius fructus:
 consentit intus voci dyabolice. **S**exto
 ipsa ardens desiderio in aspectu illius
 pulchri fructus et suavis: et comedit.
 ecce desensus in ope. **H**ic etiam quilibet ad
 peccatum allicitur. primo ordiatur in villa que
 dicitur chorea. secundo ego audiens cantum illius
 vel videns illam apertis oculis meos ad vi
 dendum. tertio arguo in meipso: sed non est bonum
 sed inspicere illam choream: cum permanens vo
 luptati indulgeo. quarto delector non solum
 in aspectu choree et auditu cantus:

sed etiam in aspectu puellaz. Quinto
consentio intus in corde meo cum aliquo ea
rum coire. Sexto consensum illum per desi
derium illud intus ceptum perficitio opere
et ecce mortua est anima. Et sicut dixi de
istio vitio: ita de omnibus aliis intelligendum
est. Auertam ergo nos ab omni car
nali delectatione: quoniam nobis proponit. sicut
molendinarius quoniam videt vetum sibi non
conuenire: vertit molendinum. quia nisi in prin
cipio obstemus: sine dubio periculum cas
sus vix euademus. sicut dauid. si non
insolatio per fenestram perseveranter per
spexisset: in concubitu bersabee non ceci
disset. Quare auertendi sunt oculi ne
videant vanitates. Et tamen de proinde

Quid est verbum **R**esponso. quod est
preceptum dei seque diligamus in
uicem. Verbo quot accidunt. septem
que. qualitas coniugatio. genus. nu
merus. figura. tempus. et persona.
Cuius qualitatis. talis videlicet **D**iliges
dominus deum tuum ex toto corde ex tota anima

et ex tota virtute tua. et primus tuus
sicut teipsum. **Cuius** coniugationis. totius
quod una pars non valet sine altera. nul-
lus diligit deum qui odit primum. nec e-
conuerso. **S**imiliter in preceptis. quod unum
frangit factus est omnium reus. ut dixit ia-
cobus. **E**t ideo oportet quod omnia communis
etiam seruentur. **Cuius** generis. actiui. quod
oportet nos id opere perficere: si illud ve-
limus seruare. quod auditores legis non iu-
stificabuntur apud deum sed factores. **Cu-**
ius numeri pluralis: quod sunt ista decem
Credere in deum. **N**on inanis iurare p-
i. suum. **F**esta celebrare. **H**onorare pas-
rentes. **N**on occides. **N**on furaberis.
Non mechaberis. **N**on falsum testimoni-
um dabis. **N**on adulterabis. **N**on concu-
piscas rem alienam. **V**el sunt ista duo: scilicet
dilectio dei et primi. **Cuius** figure sim-
plicis quod in unitate puri cordis debet
seruari scilicet in caritate. plenitudo enim
legis est caritas ut dicit paulus. **Cuius**
temporis. presentis. quia oportet quod in pre-
senti perficiatur. **H**oc preceptum: scilicet quod diu

sumus in hac vita. **C**uius persone. pri
me sede et tertie. quia ego tu ille om̄s
tenem̄ hoc p̄ceptuz custodire. **D**ixit
em̄ dñs. **S**i vis ad vitā ingredi serua
mandata. **D**eclaremus iam p̄dicta **D**
homo tu credis in deuz vnū: et diabo
lus credit et nihil sibi p̄dest. si veracit̄
in euz credis eū adora cole honora. **S**
p̄ceptum frāgis qñ voluptati insistis
Seddo nō debes inanit̄ per ipsū iura
re. hoc frāgis qñ p̄iuras vel cōsuetuz
dimalit̄ iuras. vel qñ dubitant̄ iuras.
Adeo dñs dicit. nō iurabis oīno: sed
est est: non nō sit verbū tuū. **T**ertō de
bes festa celebrare scz ecclesiā frequē
tādo. insistēdo oīom. lectōi vel opiz
bus misericordie. **H**oc frangis: quan
do otio ludorum. commessatōnum.
ebrietatum. colloquiorum non spiri
tualium vacas. **V**el quando manuali
ter laboras qđ oīno necessariū nō est
Quarto honorab̄ p̄ntes. eis obediēdo
reuerentiā exhibēdo: et p̄p̄sse s̄buenien
do. hoc frāgis quando eis maledicis

vel spernis vel molestaris : et inquietaris nec s̄buenire studes . **¶** Quinto nō occides . hoc frāgis q̄n irasceris p̄ximo tuo sine causa . vel q̄n euz derides vel fatuū nominādo . vel q̄n mortē alicuius desideras quā per te inferre n̄ uales vel times . **¶** Sexto nō furaberis : s̄ frāgis q̄n violent̄ rapis alicuius bona vel occulte vel manifeste . vt q̄n detractōe famā et honorē furaris . **¶** Septimo nō mechaberis : idest nō luxuriaberis aliquo mō . q̄ si retinere n̄ possis : nubes et tūc licite potes . s̄ frāgis n̄ solū q̄n facis actuz : s̄ etiā q̄n aliquā curiosē et cū deupiscētia uides . et tūc pl̄q̄n v̄ginē vl̄ dicatā desideras . **¶** Octauo non fallum testimonium dices contra aliquem . hoc frangis quando etiā aliquos conducis vel hortaris : vt false testentur . vel quando aliquos cautes solis verbis circumuemis vt eos decipias . **¶** Nonno alterius v̄gorem non concupiscas . non adulterabis . s̄ frangis

quādo vxoꝛem ppriam deseris: et aliā
ducis . vel qñ alterius vxoꝛē et nō tuā
tangis . vel si in religione existēs muli
eri cōiūgeris . vel si p̄sbiter secularis
es mulierē tangēs: vxoꝛi tue quam de
spōsasti sez ecclesie iniuriā facis . sicut
religiosus lubric⁹ sue religioni . **D**eci
mo rem alienā non cōcupisces . h̄ frā
gis qñ cōmoduz alterius impedis p̄
tuo augēdo: **V**el si abducis alteri suū
suū vel ancillā vel filiā . vel alteri⁹ offi
tiū . dignitatē . p̄bendā et hmōi deside
ras . **N**ō eīm nocere debes p̄ximo tuo
h̄ pdesse . p̄pterea p̄ximo caritatē ip̄e
de . id est septē opa misericordie . ei s̄b
ueniēdo in fame . siti . nūditate . et friz
giditate . infirmitate carcere et tribu
latione .

Quid est aduerbiū . qd v̄bo addit
et significatum eius perficit . **S**i
ergo verbum est dignitio precepti di
uini vt iam dictum est . **A**duerbiuz est
exhibitio operis **S**ed adhuc alio mō

q̄z iam supra dictum est vt patebit in
Ferus. **A**d uerbio quot accidūt. tria:
scz spatio significatio et figura. idest
habitus similitudo et distinctio. **D**e
claremus iā ista tria. **Q**ui p̄cepta dei
vult perficere debz etiā seruare habi-
tudinē. idest modū in facto suo. vt si
elemosinā vult facere: debz considerare:
q̄n. vbi. quibz. qualiter. quid. quātū.
et ordinate. **H**ec sunt aduerbia loci q̄
lilitatis et ordinis. **S**ignificatio. vides
duos pauperes. vnū in luto iacētē. al-
terū hostiatim mēdicantē. da elemosi-
naz p̄mo: et alterū dimittas si ambobz
non vales. **S**i vis orare. ora p̄mo qd̄
orare debes. et horas canonicas sivo
iusti p̄us persolue: postea lege et ora.
Si nō vouisti lege p̄mo p̄r nr̄ qd̄ de
instituit legēdū. et postea qd̄ tibi pla-
cet legere poteris. **S**i vis ieiunare: p̄-
mo sua ieiunia ab eccia ordinata. et si
pl̄z facere velis postea facere poteris
Sic ergo in omnibus attende circum-
spectio nez. vt aduerbiū debite ponas

iuxta suum verbum. **S**i enim in vespertino tpe tandiu comestationi potationi seu alteri iuste voluptati insistas: q̄ p̄ nimio sopore demane surgere nequeas ad missam audiendum vel ad aliqd̄ aliud bonū opus exercendum. sic mutatio noctem in diem ecōtra: sine dubio nō potis adverbium rite iuxta suū verbum.

Cōpatio istius adverbij sic est faciēda. **D**ivites pl̄q̄q̄ pauperes inde licētīq̄ largiē elemosinā dent q̄ntum ditiores sint.

Hic in illis comparatio fienda est. qui scientia pollent vel potestate vel dignitate: vt quilibet sedum id quod potest fatiat: alij plus alij minus.

Alius potest dare aurū: alius aquaz frigidam. alius verbuz consolationis.

Alius subventionem ministrando.

Alius in docendo. alius est fortis: et omnia servare potest. alius infirmus et mīa indiget vt sibi fiat dispēsatio.

Alius sic caritate feruet q̄ parū reputat quicquid patit̄. alius taz infirmus

q̄ cito cadit peccando & cito resurgit
penitendo. **F**igura huius aduerbii est
habenda sit distinctio. **S**unt aliq̄ sim-
plices aliqui compositi. **I**tem simpli-
ces sunt qui in solitudine manent sepa-
ti ab omni hoim̄ uersatōne. sicut **A**n-
thom̄. **J**ohānes baptista **B**enedict̄
& multi quondam heremite fuerunt.
Compositi sunt in multiplici differen-
tia. **Q**uidam sunt pure seculares. aliq̄
religiosi. aliq̄ p̄dicatores: & quocquot
sum̄ licet diuersi: tamen ad laudez dei
omnes creati sumus. sicut diu. r̄saruz
ymaginum picture ornant thal. muz
Hec de aduerbio dicta sufficiant.

Quid est participium **R**espōsio q̄
est cognitio hominis scdm̄ natu-
ram & secundum deum. uidelicet ut co-
gnoscat quilibet homo quid sit per se
& qualiter esse debeat secundum deuz
Participio quot accidunt. sex. scz ge-
n̄. casus. tpa. significatō. n̄mer̄ & fi-
gura. **Q**ui generis ē hō p̄ticipiū d̄nis

7
fructusq; ab adā et eua generati sumus
qui duo trinitati attribuuntur. idest deo
qui est trinus in personis. Sed adam
immediate sicut ait lucas Enoch fuit fi-
lius sem: et sem fuit filius adae: et adā fuit
filius dei. Eua vero mediate quia de costa adae
facta erat. Cuius casus peccati inobediētie
Ecce quod sumus sed nos. a peccatoribus pro-
cessimus et peccatores sumus: huius sunt gene-
ra et casus. huius duo sunt participium a nomine
Cuius temporis. presentis. quia in presenti tempore presentia a-
genda est et laborandum est pro futuro premio.
Cuius significatio primo active: scilicet faci-
endo bona opera. Secundo passive patienter
sufferendo mala. tertio neutraliter scilicet con-
heredo proprias virtutes et cogitationes.
quarto deponētalis scilicet abiciendo omnia vitia
mortalia. quinto dominus scilicet custodiendo
precepta dei et ordinationes sancte ecclesie. hec
duo scilicet tempora et significatioes sumit huius
participium in verbo. vide quod omnes esse sed deus
debeat. Cuius numeri pluralis videlicet ut in hac
ecclesia militante possimus deputari cum iu-
stis. et in ecclesia triumphante cum angelis.

Cuius figure primo simplicis vt non
dissociem a fide hic male viuendo: et
non diuidam a saluandis supermis in
iudicando. **S**ed oposite erat et ideo
hoc picipiu capit duo: scz numeru et
figurā a noie et verbo. **D**iscurramus
iam dicta. nam planu est qd a peccato
ribz descendim: et generati sum. et
cotidie peccando cadim. **M**ue ē pul
critudo nra seu puritas qua deo pla
ceam tanq; sponsa viro suo. **M**ue eti
am fortitudo nra: qua dyabolice sug
gestionem resistere possim. h nec carnis
illecebris reluctari sciam. **S**i etiā ter
ra sum et in terra reuerti necesse sit.
que est nobilitas seu celsitudo nra huc
potestas quaz in nobismetipsis vane
confidentes: aiāz nraz saluti pvide
amus. **E**th breuis est vita presens et
hora incerta: que est ista fatuitas cor
dis nri. qd tantu sollicitamur p acqui
sitōne diuitiarū. facultatū. dignitatū
et hmōi. que omnia in momēto a nob
recedunt et nunquaz redeunt. **D**icit

enim Job in persona cuiuslibet homi
nis. **C**ōpatus sum luto & assimilatus
sum fauille & cineri. quia quid aliud fu
mus q̄z pleni putredine vitioꝝ. **S**ic
cut cito inflāmantēs & puocātes ali
os ad iracūdiāz vel eis dānum vl' scā
dalum inferētes. sicut fauille cito va
nitatibz insiltētes & cito puocati ad
iram. seu accensi auaritia. sicut cinis q̄
leuis siccus & puus & ab igne cōsūp
to derelictus. quia & leues sumus siccī
& vani ex defectu humoꝝ diuine gra
tie. parui ex pusillanimitate: & ab igne
cōcupiscētiāz carnaliū consumpti
tanq̄z peccatores ad eoz redeam⁹ cō
siderātes q̄ participiū est eiūdem ge
neris significatōis cui⁹ est verbum.
ita etiam simus conformes voluntati
dei cum simus facti ad ymaginē dei
quia vituperio dignus est: qui recta
docet & male viuit. **I**ta & nos maio
fortius vituperandi sumus: si ymagi
ne dei depicti similes ei dicimur: et ta
men p̄ enormē vitā ab eo discrepam⁹

Ademus ergo honorem Figulo nostro
voluntate eius perfitiendo .

Quid est cōiunctio . **R**ñsio . q̄ ē fu
turi iuditiij cōsideratō vel cogni
tio . Cōiunctōni quot accidūt . tria . scz
potestas . figura . et ordo . Cuius pote
statis diuine : quia deus faciet iuditiū
et p̄mo copulabit . idest per angelicaz
tubā om̄es ad iuditiū cōgregabit . se
cūdo disūget . idest bonos a malis se
gregabit : tertio explebit : idest nume
rum electoz perfitiet . et in ciuitatem
illā que per luciferi et socioz eius ca
sum rupta est recupabit . quarto cau
sabit . idest causabit reprobos dicēs
Ate maledicti in ignem eternū . quia
esuriui et nō dedistis mihi māducare .
Sitiui et nō dedistis mihi bibere . **N**u
dus erā et nō coopuistis me . **E**t rōez
iustaz dabit p̄ electis dicens **V**enite
benedicti p̄ris mei percipite regnuz
quod vobis paratū est ab origie m̄di
Esuriui . sitiui . hospes eram . infirmus et
nudus eram . et cibastis . potastis .

collegistis visitastis et coöpuistis me.
Item sunt quinque species huius potestatis.
Cuius figure primo simplicis quo
ad imperfectões. secundo cõposite quo ad
perfectões. quia omnes stabimur ante tri-
bunal christi. siue simplices idest qui in bo-
na simplicitate vixerunt: siue qui in mala
simplicitate viuētes seipsoſ pdiderunt
licet forte alijs non nocuerunt. **C**õpositi
siue bene viuētes scilicet bene docēdo se et
alios pmouerunt: siue qui per malā vi-
tā et malas instigatões. et se et alios
corruerunt. **T**erz ordinis. primo ppositi-
ue. secundo subiūctiue. quia primo saluā-
di iudicabuntur: sicut scriptū est. quod per
prudētes uirgines uenerunt fatue. et per
illos qui a dextris erant. uenit iudex
ad sinistros. **P**onderemur dilectissimi
huius regis potestatem: ad cuius iussio-
nem omnes huius terre habitatores reges
duces et comites cuiuscūque dignitatis
hic reputantur. in illo extremo die cu-
m uilibus personis equaliter uiles re-
putabuntur. et qui iam magna palatia

edificānt ibi bene speluncam p̄ruam
repire vellent: in qua a facie d̄ni fugiē
tes tūc latere possēt. **S**i em̄ iuxta scri
pturas: iustus vir saluabit̄: quis nō
timebit? **S**i opa idest cogitatōnes
deus discutiet: quid faciem? qui opa
nō habem? **S**i in illa voce. **E**go sum
Hīnes q̄ ad capiendū eū venerāt tēpe
passioms: ad terrā sūt p̄strati. q̄d po
test facere tom̄truū horribilē: q̄si glas
di? bis acut? tonabit et scindet iudica
tur?. **H** q̄z timer et quis q̄z a rege tem
porali vocatus: vt rationez iudicij po
nat cum eo. ymmo licet in nullo se fo
re fecisse regi sentiret tamen adhuc s̄o
ratione iudicij coram eo trepidaret:
quātomagis ergo nos sollicitari opor
tet: qui certi sumus summi iudicis pre
sentatōe in illo tremēdo examine: vbi
et angeli cōtremiscūt. **H**edetiā paulus
qui tanta p̄ xp̄o vicit certamina qui
etis tante virtutis erat: q̄ cum libera
conscientia dicebat. **N**ichil michi cō
sciūs suz. **Q**uid est q̄ tā falsa securitate

nos ipsos firmamus: qui in mille defe-
ctibus torpemus. Nuis enim gloriatur mu-
dum se habere eorum immo nullus scire
potest an odio vel amore dignus sit.
Habeamus ergo pre oculis cordis nostri illud
horribile quod angelica tuba clamabit.
Surgite mortui venite ad iudicium. et
quid tunc respondebimus iudici iam pre-
cogitemus.

Quid est impositio Rursus. quod est consi-
deratio letitie electorum. quod ut iam di-
ctum est illi imponuntur dampnandis. Pre-
positio quot accidit. unum tamen. scilicet
casus. non casus peccati sed casus hu-
militatis. Et ideo duplex erit in eis ca-
sus. primus est accusatiuus quo accusabunt
priam huius seculi totius nequie sicut
scriptum est Totus mundus in maligno po-
situs est. et de hoc humiliabunt se cor-
am deo gratias agendo qui a nequie
huius seculi puri erunt seruati: quod diu
hic conuersati fuerunt. Secundus ca-
sus est ablatiuus: quo congratulabu-
tur illi de illa hora qua ablati fuerunt

ab hoc seculo nequaz: et introducti in
illa superna patriam. et per hoc humili
abunt se coram deo regratiando: quod eos
trahit de labore ad requiem. de peri-
culo ad securitatez. de tribulatione ad
pacem. de tristitia ad gaudium. **S**i ergo
considerare et pensare velim: illi su-
perne felicitatis quanta sint gaudia: p-
mo recogitem? huius seculi mala et p-
contrarium quanta superius sint bona. **E**t
principaliter hic tria habundant. vitia. tri-
bulaciones. et indigentia. **I**n illa autem su-
perna civitate habundant. pax. puritas
et sanctitas. **Q**ui vero mente hec bene
recolueret: statim perpendere posset
quod felix est qui toto mortis desiderio
ad illa supna anhelaret: et quod vilis est
am qui solum ea que huius seculi sunt
querit. o quot vicibus carnalis putres-
cit. quot tribulationibus quatitur. quot
etiam subventionibus eget. **Q**ui autem
celesti potitur gratia siue gloria: dei
maiestatem bonitatem et gloriam in

cessanter contemplat^r. quia ubi ea est
spiritus in nullo potest impediri: om
ni pace gaudet. ipsa regem pacificuz
secum habet consortem totius glorie
& concordie. & omni desiderio satiat^r.
sicut ait prophetas. **S**atiabor cum aparu
erit gloria tua. **C**onsideremus etiã q̄z
iocundum est: in aula regis existere.
ubi rex sedet coronatus & indutus ve
ste regia. omni forma spectiosus. & ml
tis militibus circumdatus ei reueren
tiam dignam exhibentibus. **A**ula etiã
am vestibus varijs ac pretiosis pietu
ris ornata. **U**bi etiam omnia genera
musice adessent: fercula delicata & su
perflua. **V**ina quoq; & alia pocula re
dolentia haberentur quequid etiam
ad iocunditatem locorum valeret ibi
appareret. **P**ostremo si ibidem omnes
spectiositate summa: & pacis conco
rdia: & imensa letitia gaudet expulso oĩ
periculo. timore. cura. vel molestia.
Quid q̄so hmõĩ solatõ eẽt desiderabili?

maxime si hoc perpetue posset durare
absq; fastidio . sic sine dubio illa supna
celestis curia incōpabilit' omni aula pñ
tis seculi est spetiosior . vbi rex pacifi
cus sez xp̄s sedet coronat⁹ dyadema
te quo coronauit euz p̄r suus spetiosū
forma p̄ filijs hoīm ad dextrā suā vbi
circūstāt nouē ordines angeloꝝ cū sū
ma diligētia et reuerētia ac mutua cō
cordia deū laudātes et dicētes **Sal**
deo n̄ro qui sedet super thronū et ag
nū . ibi ista aula est stellis cādētibz
ornata : omni pietura clarioribz . **I**bi
aīe sanctorū in pace et securitate mari
me perpetua et iocūditate gratulāt'
Et quid presumo per comparatōnem
tantam gloriam superne patrie denū
dare . cum scriptura dicat . q̄ ibi sunt
que oculus non vidit : nec auris au
diuit : neq; in cor hominis ascendit .
que preparauit deus diligentibus se .
Sileat ergo lingua et penset mens no
stra . q̄ inestimabilis est illa felicitas :

vbi totum habetur quod desiderat:
frui solū deo filio glorioso et videre re
gez glorie in decore suo sola sacietas
animarum.

Quid est interiectio **R**ūtio. q̄ est
tristitie dāpnatoꝝ cōsideratio.
q̄ sicut īteriectio gramaticalis signat
mentis affectū voce incognita. ita in
teriectio illa spiritalis signat hominis
interioris motum ex passione dolorosa.
Interiectōm quot accidunt. vnū sc̄z
significatio tantū. **S**ignificabit̄ enīz
manifeste intolerantia pene gehenna
lis. p̄mo letitia demonuz super tormē
tis animarū. sc̄do dolor animarū dāp
nataꝝ. tertio admiratio iniustoz an
gelozū malozū dicentiū ad seipsoꝝ. **Q**
quāta erat cecitas nostra que tenens
nos in seculo. stultum nobis visū fuit
cum prelatis. predicatoribus. et cete
ris bonis hominibus fugere volup
tates carnis et oblectamenta mundi
ne in hūc locū intrarēz et ecce nūc meri
to ista patim̄ q̄ eos audire stēphimz

Quarto metus idest timor: quia anime dā
pandoꝝ maximo timore formidas
būt: tum hostes infernales eas vexa
bunt igne iertinguibili . verbis acerrī
mis . oculis ardētibz . vultu tumido .
spetie nigerrima . De hac pena dicit
in euāgelio . q̄ ibi erit fletus & stridor
dētium . idest ibi habūdāt dolores &
acerrima pena . q̄ nullus flere solet nisi
nimia tristitia grauat . De hac etiam
pena dicit ysaias . Vermis eoruz non
moriēt & ignis eoruz non extinguet
quia vermis conscientie nunq̄ sedat
quā sepe remorsū conscie patiat . ex
quo iuditiū dei cōmendabūt & seipos
otinue accusantes indignatōne & ira
torpebunt . Ignis etiam pena nunq̄
extinguet . Similiter vermis eorum
nunq̄ morietur . despectio eorum se
per remanebit . & ignis conscientiaz
quem hic accenderant ibi perficiet .
Et de hoc psalmista ait . Ignis & sul
phur & spūs pcellaz ps calicis eoruz
idē q̄ ps tormtoꝝ gehēne erit ardor

ignis. Fetoꝝ sulphuris. et tēpestas ma
lignū spiritus. **E**t vt clarius ista pena
declaretur. sumamꝝ exemplū per simi
le. Faber Ferrariꝝ solet esse niger fatie
habet caminum obscurū in quo ponit
Ferrū vt incaleseat: postmodū per se et
suos coadiutores cū maleis percutit
ad nutū suum. **E**cce Faber iste est dya
bolꝝ q̄ nigerimꝝ ē. Caminꝝ obscurꝝ ē
ifernꝝ omī claritate p̄uatꝝ. **I**gnis est
pena flāme ardētis. **C**arbones appo
si signāt q̄ pena ista nūq̄z v̄l parū lax
at: s̄ magis incensa efficit. **F**errū est
ipsa aīa dānata q̄ ibi vel isti igni expo
nitꝝ perpetuo cōburenda. hanc v̄bis
acerrimis exprobrare demones non
cessant. **D**ilectissimi ergo nos sciens
tes iam ista. q̄z diu hunc mundum pos
sidemus statum penitentie ducamus
ne dyabolus postmodum super nos
gaudeat: sed potius sanctorum ange
loꝝ gaudiū suppleamꝝ: q̄ gaudēt sup
vno peccōre penitētiā agēte. **C**ogitēꝝ

14

quomodo redempti sum? sāguine xpi
et nullo mō frustret tātū bñficiū ī no
bis. ne sicut stercoza de vētre purgā
do excāt. et sicut gſquilie a lignis ab
scise ī ignē piciant. ita nos p? hāc
vitā tanqz stercoza de medio ecclesie
tollant: tanqz palee et gſquilie ī ignē
gehennē piciant. Ibi g nra fixa sint
corda vbi vera sunt gaudia.

ExPLICIT DONAT? EGREGI? DOCTORIS
MGRI JOHANNIS BERSON CACELLARI? **P**ARISIENSIS.



